

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 54. Innocentius Cybus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI Obiit Romæ nono Calendas Martii seu
A.C. 1550. die vigesima prima Februarii post Julii
III. electionem illo tempore, quo tam
Annus ficer celebrabatur; sepultus est
in Ecclesia FF. Minimorum SS. Trini-
tatis in Monte Pincio.

§. LIV.

*Innocentius Cybus Cardinalis
mortuus.*

Ciac r. 241. Inter illos, qui hoc anno vivis erepti
Ammirat in hist. Flor. sunt, tertius fuit Innocentius Cybus
Panvin de Rom. Pontif. patria Genuensis, ac Filius Francisci An-
guillariæ Comitis, qui filius erat Joan-
Vitiorel. ad-nis Baptistæ postea assumpto Innocen-
tit. *Ciacon.* tii VIII. nomine ad Pontificatus apices
evesti. Anno post Christum natum mil-
lesimo quingentesimo decimo tertio die
vigesima tertia Septembbris Innocentius
a Leone X. avunculo suo Cardinalis Dia-
conus tit. SS. Cosmæ & Damiani, nec-
non S. Romanæ Ecclesiæ Camerarius
nominatus est: cum vero hic idem Pon-
tifex olim ab Innocentio VIII. Cardina-
lis creatus Innocentium Cybum eadem
dignitate augeret, in hujus creatione
hæc verba protulit: *Quod ab Innocentio
acepi, Innocentio restituo.* Ceterum In-
nocentius plures administrabat Eccle-
sias, Massilensem in Francia, Tauri-
nensem in Pedemontio, Volaterranam,
Ven-

Ventimiliensem, Britonensem in Italia, atque Alerensem in Corsica. Pluribus quoque Urbibus præfuit Archiepiscopus Messanensi in Sicilia, Genuensi in Italia, & Bituricensi in Galliis: Legatione pariter functus est Bononiæ, & in Romandiola, pluresque urbes capto Clemente VII. in Pontificii obsequio continuit, cumque eo tempore plures Cardinales ex Italia discedere, atque Avenionem petere decrevissent, ipse re comperta mox Romam contendit, eosque ad mutandum animi propositum impulit. Plurimum insuper Medicæ Family rebus consuluit, quando Alexander Dux Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo trigesimo septimo ex insidiis fuit trucidatus; tum enim ipse Florentinæ ditioni præfuit, ac Cosmam Joannis Medicæ Filium in illius possessione firmavit. Præcipue inclaruit in Bononiensi, Parmensi, ac Placentina Legatione, ac dextre sibi Caroli V. Panvin. Vi-Cæsar, quem bina vice Messanæ exceperat, amicitiam, necnon Francisci I. benevolentiam conciliabat, a quo ultimo etiam Massiliæ S. Victoris, necnon Rothamagi S. Ovani Abbatias acceperat. Hic idem Italia sacra. Cardinalis tum Messanensis erat Archiepiscopus, dum Patres Societatis Jesu Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quadragesimo octavo in

Sæc. XVI.
A.C. 1550.

P 4 præ-

Horel. Auberry l. c.

Paul. Sov.

hist. lib. 46.

Ughel. in

Italia sacra.



Sæcul. XVI. præfata urbe Collegium adepti fuerant;
A.C. 1550. parumper tamen Pauli III. indignationem incurrisse videtur, eoquod Neptem suam Julianam Varanam Urbinatum Duci pollicitus, promisso stare cunctaretur, ut illam Octavio Farnesio ejusdem Pontificis Nepoti despontaret. Ceterum hic Cardinalis potissimum promoverat Julii III. electionem: ast tandem ipse die decima tertia vel decima quarta Januarii ætatis suæ anno quinquagesimo nono, Christi vero millesimo quingentesimo quinquegesimo Romæ mortalitatem exuit, sepultus in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, ubi hodie dum illius inscriptio sepulcralis visitur. Inter Principum literas reperiuntur plures, quas Barletus, Puccius, Joannes Maria de Monte, Joannes Salviatus, Rodulphus & Gaddius Cardinales ad Innocentium perscripsérunt, eique Florentinam Rem publicam commendarunt.

§. LV.

Cardinalis Lotharingii fata.

Cinc. p. 418. Frizon. &c. Aubery l. c. Ughel addit. ad Ciacon. Quartus erat Joannes de Lotharingia Renati II Hierosolymæ, ac Siciliæ Regis, & Lotharingiæ ac Calabriæ Ducis, necnon Philippæ de Gueldria filius, quæ postea marito orbata Ordinem S. Claræ